

Anzeigebblatt

für die Erzdiöcese Freiburg.

Nro. 7.

Mittwoch den 10. April

1878.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
LEONIS
DIVINA PROVIDENTIA
PAPAE XIII.
ALLOCUTIO PRIMA

HABITA DIE XXVIII. MARTII MDCCCLXXVIII.
AD S. R. E. CARDINALES IN AEDIBUS VATICANIS.

Venerabiles Fratres.

Ubi primum superiori mense, Vobis suffragia ferentibus, ad suscipienda Ecclesiae universae gubernacula, et ad vices in terris gerendas Principis Pastorum Jesu Christi vocati fuimus, gravissima sane perturbatione, ac trepidatione, animum Nostrum sensimus commoveri. Nam ex una parte Nos maxime terrebat, tum intima de indignitate Nostra persuasio, tum virium Nostrarum infirmitas tanto oneri ferendo penitus impar, quae quidem tanto maior videbatur, quanto clarior et celebrior Praedecessoris Nostri Pii IX. immortalis memoriae Pontificis, sese per Orbem fama diffuderat. Cum enim insignis ille catholici gregis rector pro veritate et justitia invicto semper animo certaverit, magnisque laboribus in Christiana Republica administranda fuerit in exemplum perfectus, non modo virtutum suarum splendore hanc Apostolicam Sedem illustravit, sed etiam universam Ecclesiam amore et admiratione sui adeo complevit, ut quemadmodum omnes Romanos Antistites diuturnitate Pontificatus superavit, ita forte prae caeteris amplissima publici et constantis obsequii ac venerationis testimonia retulerit. Ex altera autem parte nos vehementer angebat asperrima conditio, in qua hisce temporibus paene ubique non modo civilis Societas, sed et Catholica Ecclesia, atque haec praesertim Apostolica Sedes versatur, quae sua per vim temporali dominatione spoliata eo adducta est, ut pleno, libero, nullique obnoxio suae potestatis usu, perfrui omnino non possit.

At quamquam Venn. Fratres, hisce de causis ad delatum honorem recusandum movebamur, quo tamen animo obsistere divinae voluntati potuissemus, quae tam luculenter nobis enituit, in vestrarum sententiarum consensu, et in ea pientissima sollicitudine, qua Vos Catholicae Ecclesiae bonum unice spectantes, illud assecuti estis, ut quam citissime Summi Pontificis electio perficeretur?

Oblatum itaque supremi Apostolatus munus nobis suscipiendum, et divinae voluntati parendum esse duximus, fiduciam nostram penitus in Domino collocantes, ac sperantes firmiter daturum humilitati Nostrae virtutem, qui contulerat dignitatem.

Cum vero, Venn. Fratres, nunc primum ex hoc loco vestrum amplissimum ordinem alloqui nobis datum sit, illud imprimis selemniter coram vobis profitemur, nihil unquam Nobis in hoc Apostolicae servitutis officio antiquius fore, quam divina adjuvante gratia eo curas omnes intendere, ut Catholicae Fidei depositum sancte servemus, jura ac rationes Ecclesiae et Apostolicae Sedis fideliter custodiamus, et omnium saluti prospiciamus, parati in his omnibus nullum laborem defugere, nulla incommoda recusare, nec unquam committere, ut animam Nostram pretiosiore quam nos facere videamur.

In his autem partibus Ministerii Nostri obeundis, consilium, sapientiamque Vestram Nobis non defuturam, confidimus, et ut numquam desit, vehementer exoptamus ac petimus; quod quidem ita a Vobis accipi volumus ut non officii studio, sed pro solemni testificatione Nostrae voluntatis hoc dictum intelligatis. Alte enim insidet menti Nostrae quod in sacris litteris ex Dei jussu Moyses fecisse narratur, qui gravi pondere universum populum regendi deterritus congregavit sibi septuaginta viros de senibus Israel, ut una cum eo onus ferrent, atque opera

consilioque suo in gentis Israeliticae regimine curas eius allevarent. Quod quidem exemplum, Nos, qui totius Christiani populi duces ac rectores, licet immerito, constituti sumus, prae oculis habentes, facere non possumus quin a Vobis, septuaginta virorum Israel in Ecclesia Dei locum obtinentibus, laboribus Nostris opem, animoque Nostro levamen conquiramus.

Noscimus insuper, uti sacra eloquia declarant, *salutem esse, ubi multa consilia sunt*, noscimus, ut monet Tridentina Synodus, Cardinalium consilio apud Romanum Pontificem universalis Ecclesiae administrationem niti, noscimus denique a S. Bernardo Romani Pontificis collaterales et consiliarios Cardinales appellari, ac propterea Nos qui fere vigintiquinque annos honoris Collegii vestri compotes fuimus, in hanc supremam Sedem non modo animum attulimus plenum erga Vos dilectionis ac studii, sed etiam firmam eam mentem, ut quos olim consortes habuimus honoris, eis nunc laborum et consiliorum Nostrorum sociis ac adiutoribus, in expediendis Ecclesiae negotiis maxime utamur.

Nunc autem illud Nobis jucundissimum et peropportunum accidit, Venn. Fratres, ut dulcem consolationis fructum Vobiscum communicemus, quem ex felici opere ad Religionis nostrae gloriam peracto, in Domino percepimus. Quod enim a Decessore Nostro Sanctae Memoriae Pio Nono pro eximio suo in rem catholicam zelo fuerat susceptum, et ex sententia eorum ex Vobis, qui in Sacro Concilio Christiano nomini propagando censentur, decretum fuerat, ut nempe Episcopali Hierarchia in illustri Scotiae Regno constituta, Ecclesia illa ad novum decus revocaretur, id Nobis feliciter implere, et ad exitum perducere, Deo juvante, datum est per Apostolica, litteras, quas die IV. huius mensis hoc eodem anno vulgari mandavimus. Gavisiprofecto sumus, Venn. Fratres, quod hac in re contigerit Nobis fervidissimis votis dilectorum in Christo filiorum, Cleri et fidelium Scotiae satisfacere, quos propensissimo in Catholicam Ecclesiam, et Petri Cathedram animo esse, multis iisque praeclarissimis argumentis comperimus; firmiterque confidimus fore, ut opus ab Apostolica Sede perfectum, laetis fructibus cumuletur, et coelestibus Scotiae Patronis suffragantibus, in ea regione in dies magis *suscipiant montes pacem populo, et colles justitiam*.

Caeterum Venn. Fratres, nulla ratione dubitamus Vos, conjunctis Nobiscum studiis, ad tutelam et incolumitatem Religionis, ad praesidium huius Apostolicae Sedis, ad incrementum divinae gloriae alacriter esse adlaboraturos, animo reputantes communem futuram omnium nostrum in coelo mercedem, si in Ecclesiae rebus adjuvandis communis fuerit labor. Divitem porro in misericordia Deum, interposito etiam Deiparae Immaculae, sancti Josephi Patroni coelestis Ecclesiae, ac SS. Apostolorum Petri et Pauli validissimo interventu, humilibus Nobiscum votis obsecrate, ut Nobis jugiter praesens bonusque adsit, consilia actusque nostros dirigat, ministerii Nostri tempora feliciter disponat, ac tandem Petri Navim, quam Nobis gubernandam mari saeviente commisit, domitis ventis fluctibusque compositis, ad optatum portum, tranquillitatis et pacis adducat.

Die Pastoralconferenzen pro 1878 betr.

Nr. 2562. Wir bestimmen hiemit für die diesjährigen Pastoralconferenzen folgende Themata:

1. Kirchengeschichtlicher Nachweis über den civilisirenden, das deutsche Reich begründenden Einfluß der hierarchischen Verfassung der Kirche, welche in Deutschland im Anschlusse an den hl. Stuhl durch den hl. Bonifacius und Karl den Großen befestigt wurde.
2. Begriff und Umfang der Restitutionspflicht, mit besonderem Hinblick auf die zur Zeit so häufig vorkommenden Angriffe auf den Ruf und die Ehre des Nächsten.

Freiburg, den 4. April 1878.

Erzbischöfliches Capitels-Vicariat.

Beilage zum Anzeigebblatt.

Rechenschaftsbericht

des

Bonifacius-Vereins für das Jahr 1877.

Seit einer Reihe von Jahren unterlassen wir nicht, in der alljährlich erscheinenden Rechnungsablage des Bonifacius-Vereins auf dessen eminent hohe Bedeutung und segensreiche Wirksamkeit in Deutschland hinzuweisen. Indem wir uns beehren, auch für das abgelaufene Jahr über das Ergebnis der Bonifacius-Collekte in unserer Erzdiocese allen Theilnehmern und Freunden desselben zu berichten, sei es uns vorerst gestattet, einigen Erwägungen über das kath. Vereinswesen Ausdruck zu geben.

In den letzten Decennien ist ein unverkennbarer Umschwung auf dem ganzen Gebiete der christlichen Charität eingetreten — eine Thatsache, die wir um so freudiger registriren, als andererseits die Lage der Kirche namentlich in Deutschland in mancher Beziehung eine bedrängnißvollere geworden. — Nun aber ist es gerade die christliche Freigebigkeit und der edle Opfersinn der gläubigen Katholiken, der unsrer Mutter, der hl. Kirche, zum größten Troste gereicht; denn diese allgemein entfaltete Opferthätigkeit ist der eklatanteste Beweis treuer Liebe und zarter Anhänglichkeit der Gläubigen an die Kirche. Wo immer aber das kath. Volk seine Kirche so liebt, daß es betet und opfert zur Rettung unsterblicher Seelen, macht es sich in vorzüglichem Grade des göttlichen Segens würdig. Daher wird man sich der Ueberzeugung nicht verschließen können, daß da und dort in christlichen Gemeinden, wo die Katholiken auch noch ein Scherflein für die Vereine zur Verbreitung des katholischen Glaubens monatlich oder jährlich erübrigen, im Allgemeinen ein schöneres, frischeres religiöses Leben und christliche Sitten herrschen. Ihr Gebet: „zu uns komme dein Reich“ — wird mehr und mehr zur Wirklichkeit. Wenn es ferner wahr ist, was man im alltäglichen Leben sagt: „Almosen geben, armet nicht“, so darf man gerade von dem Almosen, das man für die Verbreitung des Glaubens verabreicht, gewiß selbst in irdischer Beziehung reichlichen Segen erwarten. Ueberdies sagt die Schrift: „Der Wohlthäter wird mit Segen überhäuft, und wer reichlich gibt, empfängt auch reichlich“; und „wer geneigt ist zur Barmherzigkeit, wird gesegnet.“ Sprüchw. 11, 25; 22, 9.

Wie groß ist indeß erst der Segen, den das Werk des hl. Bonifacius über die einzelnen deutschen Gauen verbreitet! Nach einem 25jährigen Bestande im Jahre 1874 waren mit Hilfe des Bonifaciusvereins bereits über 220 katholische Seelsorgstellen gegründet worden, wovon sechs auf unsere Erzdiocese fallen. Rechnet man durchschnittlich auf eine Mission nur circa 500 Seelen, so ergibt sich, daß 110,000—120,000 Katholiken in Deutschland eine geordnete Seelsorge dem Bonifaciusverein verdanken. Die von demselben in's Leben gerufene Schulen belaufen sich auf etwa 224. Nimmt man an, daß durchschnittlich 50 Kinder eine Schule besuchen, so empfangen circa 11,000 Kinder regelmäßigen Religions-Unterricht und Erziehung. Allerdings hat der sog. Culturkampf manche Ruine auf dem Arbeitsfelde des Bonifaciusvereins geschaffen, aber eben deshalb tritt an die Katholiken Deutschlands eine größere und ernstere Aufgabe heran. Vor Allem muß der Zweck und die Idee des letzteren noch klarer und lebendiger erfaßt werden, um das Interesse für denselben recht rege zu erhalten. Daher möchten wir alle Freunde und Gönner des Bonifaciusvereins bitten, nicht bloß zu beten und zu opfern für dessen Zweck, sondern auch in ihren Kreisen neue Freunde und Mitglieder zu gewinnen suchen. Ja! wenn einmal alle Katholiken Deutschlands die Bedeutung und Aufgabe des Bonifaciusvereins recht erfaßt haben und mit warmem Interesse sich desselben annehmen, dann wird er auch sein Ziel erreichen und eine mächtige Stütze der katholischen Kirche in den deutschen Landen sein.

Der gegenwärtig überall entbrannte Kampf ist seiner wahren Bedeutung nach doch nur ein Kampf für oder gegen das Christenthum. Glaube oder Unglaube — Christenthum oder keines ist jetzt das Loosungswort. Vom Ausgange dieses Kampfes aber hängt es ab, ob Deutschland, ob Europa die Leuchte des Christenthums erhalten oder ob sie ihm genommen wird. Darum kann kein Katholik dem Bonifaciusverein gleichgültig gegenüber stehen, der, je nachdem man ihn unterstützt und betet, in erster Reihe ein entscheidendes Gewicht in die Waagschale bei diesem Kampfe legt.

Wir schließen unsern Bericht mit den Worten aus dem Schreiben des General-Vorstandes in Paderborn an das unterfertigte Comité, der zunächst seinen Dank und Anerkennung allen Katholiken der Erzdiocese für die rührige Thätigkeit für das Werk des hl. Bonifacius ausspricht, und „allen Freunden und Theilnehmern des Vereins zu neuem Schaffen neue Kraft wünscht.“

Die verfügbare Summe beträgt für das verflossene Jahr 15,621 M. 71 S. In der Comité-Sitzung vom 14. Februar wurde die Vertheilung derselben in der auf der Rückseite angegebenen Weise dem Generalvorstande proponirt, der sie mit Beschluß vom 11. v. Mts. genehmigte.

A. Einnahmen.

1.	Freiburg, Stadt	1523	M.	96	S		
	(darunter Münsterpfarrei 1295 M.)					Uebertrag	12566 M. 16 S
2.	Pfr. St. Peter	42	"	81	"	26.	Decanat Waldshut
3.	Decanat Ettlingen	1191	"	10	"	27.	" Stockach
4.	" Offenburg	913	"	23	"	28.	" Klettgau
5.	" Ottersweier	817	"	09	"	29.	" Philippsburg
6.	" Freiburg	780	"	32	"	30.	" Mosbach
7.	" Lahr	622	"	90	"	31.	" Waldürtt
8.	" Heidelberg	593	"	89	"	32.	" Constanz
9.	" Gernsbach	580	"	75	"	33.	" Endingen
10.	" Breisach	572	"	95	"	34.	" Neuenburg
11.	" Buchen	516	"	51	"	35.	" Triberg
12.	" St. Leon	510	"	02	"	36.	" Krautheim
13.	" Lauda	480	"	97	"	37.	" Weinheim
14.	" Wiesenthal	466	"	05	"	38.	" Geisingen
15.	" Billingen	413	"	68	"	39.	" Mühlhausen
16.	" Waibstadt	399	"	98	"	40.	" Stühlingen
17.	" Bruchsal	326	"	72	"	41.	" Hechingen
18.	" Hegau	272	"	79	"	42.	Vom Ausland
19.	" Linzgau	261	"	40	"		Summa
20.	" Weßkirch	232	"	28	"		14105 M. 28 S
21.	" Haigerloch	231	"	42	"		Dazu kommen noch an Zinserträge
22.	" Sigmaringen	217	"	93	"		Ueberschüssen vom vorigen Jahre
23.	" Engen	212	"	35	"		1516 " 43 "
24.	" Bischofsheim	211	"	47	"		Darnach beträgt die Gesamteinnahme
25.	" Böttingen	173	"	78	"		15621 M. 71 S,
							welche in folgender Weise zur Verwendung kam:
	Transport	12566	M.	16	S		

B. Ausgaben.

a. Erzdiöcese.							
1.	Mannheim Schule	900	M.	—	S		
2.	Emmendingen Schule	1600	"	—	"	Uebertrag	9416 M. 43 S
3.	Haslach	900	"	—	"	5.	Zeitz
4.	Dühren	411	"	43	"	6.	Salzpfen
5.	Hohenstadt	25	"	—	"	7.	Wilhelmshaven
6.	Schollbrunn Kirche	100	"	—	"	8.	Weiningen
7.	Wöschbach Kirchenbau	500	"	—	"	9.	Wolmirsleben
8.	Heimsheim Curatiehaus	1000	"	—	"	10.	Harzburg
9.	Balg Kirchenbau	700	"	—	"	11.	Dabringhausen
10.	Abelsheim Kirche	500	"	—	"	12.	Ußingen
11.	Untergimpern "	500	"	—	"	13.	Holzappel
12.	Reidenstein Kirchenbau	430	"	—	"	14.	Harhus
13.	Eppelheim Kirche	170	"	—	"	15.	Gr. Oschersleben
14.	Heiligkreuz "	480	"	—	"	16.	Mentana = Stiftung daselbst
						17.	Basel (Schweiz)
						18.	Bornheim
						19.	Braunschweig
						20.	Arnstadt
						21.	Bockenheim
						22.	Für den Rechner des Vereines
							Summa
							15516 M. 43 S
	Transport	9416	M.	43	S		

Einnahme 15621 M. 71 S

Ausgabe 15516 " 43 "

Rest: 105 M. 28 S

Freiburg, im April 1878.

Das Diöcesan-Comité.

J. Harmon, Domcapitular.